

modo signa negativa oppositos motui destinato motus repræsentarent, & quo pacto diversorum homium in eundem finem consentientium opera motibus implicatis unam Lineam describentibus responderent. Verùm cùm res hujusmodi non sint admodum claræ, & aliqua etiam disfimilitudo haud raro interveniat, vifum est satius esse hīc subsistere, quò mecum pervenire possunt qui principiis Matheſeos vel leviter fuerint imbuti, aut ingenio ſcientiis capiendis paulò fœlicius diſpoſito à natura præditi; quām ex comparatione cum reminiſus nota, caliginem pro luce rebus moralibus inferre.

## CAPUT V.

*De Lege Naturæ ejusque obli-*  
*gatione.*

MUnitâ jam viâ ad ea quæ sequntur omnia, caput hoc aufpicabimur à Definitione Legis Naturalis. Lex Naturæ est propositio à natura rerum ex Voluntate primæ Causæ menti ſatis aper- tè oblata vel impressa, quæ Actionem agentis rationalis poſſibilem communi bono maximè deſervientem indicat, & integrum ſingulorum fœli- citatem exinde ſolūm obtineri poſſe. Contrariæ huic fini Actiones & omissions iisquæ annexa, mala hoc modo videntur pariter & indicari & prohiberi, ſiquidem privationes ex oppositis ſuis optimè intelliguntur. Rectum enim eſt index ſui & obliqui. Quod autem à dato termino, ſeu re- rum ſtatu ad finem hunc optimum viâ brevissimâ proficiſcit, id translatione à Mathematica rectæ